




GAUDEO





Hoskins C

Sept

[illegible]

CONTINUATIO LABORUM APOSTOLICORUM,

Quos

R. P. ANTONIUS SEPP,

Soc. JESU Missionarius Apostolicus in Paraquaria

Ab Anno Christi 1693. usque ad Annum 1701. *Exantlavit.*

Ubi describuntur illius barbaræ Gentis mores, Ingenium, & docilitas in rebus practicis, & mechanicis, &c. Contrà in speculativis, & Metaphysicis, ruditas; aliáque plurima Europæis admiranda.

Cum Privilegio Sac. Cæs. Majestatis, & Facultate Superiorum.

INGOLSTADII,

Sumptibus Joannis Andreæ de la Haye Bibliopolæ Academici.

Typis Thomæ Grass, Typog. Acad.

Anno 1709.



Facultas

R. P. Provincialis

Cum Privilegio Cæſareo.

EGo Guilielmus Stinglhaim Societatis JESU per Germaniam Superiorem Præpoſitus Provincialis, facta mihi poteſtate ab Adm. R. P. N. Michaële Angelo Tamburino Societatis univerſæ Præpoſito Generali, Facultatem concedo Domino Joanni Andreæ de la Haye Bibliopolæ Ingolſtadienſi typis in lucem dandi libellum, cui titulus: *Continuatio Laborum Apoſtolicorum P. Antonij Sepp, Soc. JESU &c.* uſurpandi item ad decennium ius Privilegij Cæſarei, quo Typographis, & Bibliopolis om-

nibus prohibetur, ne vulgatos à Societatis JESU Patribus libros, citra Superiorum Auctorúmque consensum recudant, vel intra S. R. J. ac hæreditarias S. C. M. Provincias importent. Id quod manu mea, & consueto Officij Sigillo confirmo, Lucernæ 2. Aug. 1709.

L. S.


Guilielmus Stinglhaim.

PRÆFATIO
Ad pium, & benevolum Lectorem.

INfinitam Dei misericordiam dum calamo depingo, benevolus interim Lector mente, & linguâ, dum legit, deprædicare, & laudare ne gravetur; sunt namque, si non omnia, plurima certè admiratione digna, & miserentis Dei manifesta argumenta, qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam ea, quæ sunt &c. Hoc solum benevolum, & pium Lectorem hîc monitum velim, quot, ac tantis animarum curis distento mihi non fuisse possibile omnia singillatim huic folio inserere, latinóque idiomate singula perscribere; sed ea dividere temporis angustiæ me coëgêre, & Germanico charactere, ut in plurium legentium utilitatem

cederent, quædam perſcribere non tam animârunt, quàm compulerunt. Veniam facilè dabit hallucinanti, minúsq; bene ſcribenti calamo; neque enim mirum videri debet, ſi parciùs, minúsque feliciter verborum Latinorum copia affluat illi, cui à tot jam annis linguæ Latinæ uſus familiaris haudquaquam fuit, nec eſſe potuit. Indorum verò linguam, etſi barbaram, divinus ille Magiſter, qui dixit: nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini; non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. *Math. 10. ori meo ingeſſit tam feliciter, ut ſi concionantem me audires, innatam mihi diceres. Per ſynopſin itaque ea tan-*

tantùm attingam, quæ singulis mihi annis in hac Paraquariæ vinea excolenda contigêre, solummodo Dei ter Opt. Max. laudi, & gloriæ promovendæ, nec non pio legentium solatio, & ædificationi, non verò nominis mei propagandi studio intentus, & commendationi. Postremò hoc, quidquid est laboris mei, lector benevole, æqui boníque consule; neque ea, quæ leges, ulla ratione in dubium voca; verissima enim esse omnia, ipse ego, magistrâ propriâ experientiâ, didici.





INDEX CAPITUM.

CAPUT I.

CAPUT II.

CAPUT III.

CAPUT



CAPUT IV.

Altera Indæ cujusdam conversio, & rarum pro Fide amplectenda in palude se abscondentis exemplum.

CAPUT V.

P. Antonius baptizat Nepotem famosi illius Reguli, ac Tyranni Moreyræ, Ignatiúmque nominat.

CAPUT VI.

Pater Antonius mittitur à Reductione Sanctorum trium Regum ad Reductionem, *Nuestra Sennora de Fee* dictam, jubetúrque à R P. Provinciali Organum conficere Europæo modo.

CAPUT VII.

Sævissima pestis grassatur in Paraquaria: P. Antonius pestiferis inservit in Reductione *de Nuestra Sennora de Fee*, seu Dominæ nostræ Foyensis de Fide.

CAPUT



CAPUT VIII.

Indi tempore peſtis ſanguinem emittunt, mirabili prorſus phlebotomia.

CAPUT IX.

Hoſpitalia eriguntur pro peſtiferis utriusque ſexûs colligendis.

CAPUT X.

Medicamenta infirmis adhibita, non ex Galeni Aphorismis excerpta, ſed Religioſa induſtriâ excogitata.

CAPUT XI.

Oettingana Virgo per immenſa maria in Paraquariam venit, ſuósque Marianos favores exhibere incipit pauperculis Indis.

CAPUT XII.

P. Antonius inſervit ſecundò peſte infectis in Reductione S. Ignatij.

CA-



CAPUT XIII.

Ægrotat P. Antonius, & ad mutandum aërem mittitur de flumine Parana ad flumen Uraguay, ubi mox priſtinam ſanitatem recuperat.

CAPUT XIV.

Quomodo P. Antonius ad numeroſum Populum S. Michaëlis dividendum, & ad novam Coloniam, ſeu Reductionem S. Joannis Baptiſtæ fundandam miſſus fuerit.

CAPUT XV.

Viginti, & unus Cazique, ſeu Indi Primarij Patri Antonio ſeſe aggregant.

CAPUT XVI.

Itur ad explorandam terram pro nova Colonia fundanda.

CAPUT



CAPUT XVII.

Vexillum S. Crucis, in ipſa die Exaltationis ſuæ, ubi nova Colonia fundanda erat, erigitur.

CAPUT XVIII.

P. Antonius ad arandas novas terras, ſylvásque cædendas Indos inſtruit.

CAPUT XIX.

Ne inter Indos rixæ oriantur, diſtribuuntur illis terræ, ſylvæ, montes, paſcua &c. quibus P. Antonius conſueta Eccleſiæ benedictione agrorum benedicit.

CAPUT XX.

Indi novas ſuas terras arare incipiunt, ſerunt, & plantant goſſipium.

CAPUT XXI.

Extruitur ex ſtramine Patris Miſ-

ſionarij



ſionarij domuncula, Sacellum, Indorúmque tabernacula.

CAPUT XXII.

Celebratur Natalis Domini dies, & præſepe extruitur.

CAPUT XXIII.

Exoriuntur novæ quædam difficultates; ſed divina auxiliante gratia ſuperantur.

CAPUT XXIV.

Aliæ Reductiones concurrunt, & ſuppetias ferunt ad novam Coloniam fundandam.

CAPUT XXV.

Ichnographia, ſeu Idea oppidi fabricandi.

CAPUT XXVI.

Ædificatur Templum S. Joannis Baptiſtæ.

CA-



CAPUT XXVII.

P. Antonius duabus Reductionibus præficitur.

CAPUT XXVIII.

Ferrum, & Chalybem invenit P. Antonius, & excoquit pro novo oppido fabricando.

CAPUT XXIX

Quare ferri, & non potiùs auri, vel argenti fodinas P. Antonio Deus aperire voluerit.

CAPUT XXX.

Quomodo ingens incendium, immiſsâ repente ſereno Cœlo pluviâ, extinctum fuerit,

CAPUT



CAPUT XXXI.

Transmigratio Mulierum, ac parvulorum ab antiquâ S. Michaëlis in novam S. Joannis Baptiſtæ Coloniam.

CAPUT XXXII.

P. Antonius novam Coloniam variè perficit, Templum exornat, quod, ſimúlque Patris Miſſionarij domum tegulis, ac lateribus coctis cooperit.

CAPUT XXXIII.

Quomodo Sacram Templi ſupellectilem auxerit P. Antonius.

CAPUT XXXIV.

Saltus ad celebrandas Feſtivitates adhibentur, quibus Indi mirum in modum capiuntur.

CAPUT

CAPUT XXXV.

Felix novæ Coloniæ Status, & Indorum ad quævis officia mechanica rarum ingenium, & ſtupendum, præſertim ad Muſicam, talentum.



CAPUT I.

efertur breviter pia R. Pais Antonij Böhm mors, & quomo- ejus missio de los Yaros dicta à Se- :agenario quodam artis magicæ Magistro impedita, ac dis- soluta fuerit.

ANno 1693. ultimo scilicet, quo inReductione SanctorumTrium :gum sum commoratus, præclara a missio R. Patris Antonij Böhm, inc piæ memoriæ, penitus irrita ta & dissoluta est. Dixi: piæ me- oriæ; quinque enim abhinc annis, iibus hæc scribo, invida mors Apo-)licum nobis Virum abstulit. Mor- us est R. P. Ant. Böhm Anno 1695. :cimâ die Maij in ipsâ Sacra Ascen-)nis Dominicæ vigilia post I. Vespe- s, à Christo Domino sine dubio in- r Angelicos choros elevatus in Cæ- n. Pertinax dissenteria laboribus

jam exhaustum Virum vigesimo Mar-
tij fatali afflixit lectulo, extractóque
morbo trium mensium spatio, tan
dem decima Maij penitus absumpsit
ita ut præter pellem & ossa nulla præ
terea corporis parte constare videre
tur. Præsagus, mortísque suæ certis
simus index, & vates fuit, prout ex e
pistolâ, quam ultimam ad me dedit
facilè præsagium conijcere cuique li
cet. Placet in amicorum solatia hs
eam annectere. Inter alia hæc semi
mortuus: Ora pro me Dei Matrem
Venient ad te musicalia. Dono tib
cum licentiâ jam obtenta à R. P. Su
periore Sacram Scripturam, concor
dantiam Bibliorum, & P. Tobiæ Loh
ner partes tres. Pete hæc, & da
buntur, & recordare mei sempe
Significa mortem meam, ut spero
bonam in conspectu Dei Europæi
In Reductione S. Caroli 20. Mart
1695.

Antonius Böhm

perpem

'erpendat benè hæc verba ultima
ius Lector (significa mortem meam,
t spero, bonam in conspectu Dei
uropæis) & mecum simili morien-
i desiderio incensus dicat: Utinam
noriatur anima mea morte Justi hu-
us. Bona utique conscientia nixus
æc ausus est scribere Apostolicus
ir. Vitam ejus, & gloriâ æternâ
lignos labores Hispanico sermone
dm. R. P. Provinciali Lauro Nun-
ez, totíque Provinciæ Paraquariæ
ommunicavi, eámque, si per tempus
cuerit, ex Hispanico in Germani-
um transferam, ad piam omnium
uropæorum ædificationem. An-
o itaque, ut dixi, 1693, in Reductio-
e Sanctorum trium Regum me
ommorante, dissoluta est missio illa,
e los Yaros dicta, dum P. Anton.
öhm piæ Mem. jussus est denuo re-
ire ad pristinam suam stationem &
leductionem Sancti Michaëlis. Dis-
olutio illa hanc sumpsit originem.

Inter reliquos gentiles, quos Pa-
aquarij Yaros (lege Tscharos, quia

in lingua Indica y idem eſt ac *Tch*) appellant, erat famoſus quidam artis magicæ Magiſter, & nigri Genij ater Diſcipulus, Tyrannus ac eorum Regulus Moreyra nomine, idem ipſe, qui in primo meo in has terras adventu me obvium ſibi cum gente ſua habuit: cúmque P. Joſephus Saravia linguæ peritus eum placidè alloqueretur, ut nimirum jam ingraveſcente ætate ſexagenarius de morte ſibi proximè inſtante ſeriò cogitaret, ſibíque de futura meliori ſorte & morte proſpiceret, Deum unum coleret, timerétque, ne ſi ulteriùs veritati Evangelicæ pertinax reſiſteret, ab eo in inferni Barathrum detruderetur, æternis ignibus acerbiſſimè torquendus, reſpondit: Mi Pater, ſi Deus non eſſet tam grandis amicus meus, jam pridem fuiſſem mortuus; quippe nec fulmine me hactenus percuſſit, nec tygris me diſcerpſit, nec ſerpens me momordit, nec vipera nocuit, nec terra me abſorpſit; adeó que ille, quem tu vocas Deum, ami-

nicus meus eſt, & quidem optimus:
ſæc & ſimilia tunc impoſtor ille ple-
is buccis effutiebat. Hic, inquam,
Luciferi Scholâ infami mendacio-
ım Laurea inſignitus Doctor, Patris
oſtri Ant. Böhm, nec non Patris
lyppoliti Doctili (Italus hic natio-
e eſt, multorúmque jam Gentilium
arbarorum ad Chriſti fidem redu-
tione celebris Miſſionarius) horum,
ıquam, ſanam doctrinam fraudulen-
ıs interpres, non eâ, qua par erat,
delitate ſuis referens & exponens,
mnem Patrum operam eludebat;
ùm enim linguæ illius gentis adhuc
;nari eſſent, neceſſarium planè fuit
er interpretem illis loqui, hôcque
loreyrâ, qui ultrò ſeſe obtulit ad
oc officium (ſtrenuè quidem ſed in-
deliter) obeundum, velut interlo-
ıtore ſeu interprete uti, utpote qui
nguam Paraquarienſem, imo & Hi-
anicam perquam probè improbus
allebat. Sed ecce! ex tam bonâ
atrum Scholâ quàm malus diſcipu-
ıs prodijt! cùm namque illi de am-

 plecten-

plectenda Catholica fide Gentiles alloquerentur, suavéque Christi jugum prædicarent, hic de Hispanorum tyrannide eos cautos esse jubet. Patrum munuscula, ut sunt cultelli, aciculæ, hami, & quæ sunt alia Infantium & Puerorum crepundia & illicia, quæ pauperculis hi liberaliter elargiebantur, verè hamos esse & serviles catenas, quibus in perpetuam servitutem Hispanis Gubernatoribus vinctos tradant. Hæc & similia impostor vaferrimus; quibus cùm canescentes pili (Medusæ crines meliùs appellaveris) ex humeris incompti, & anguibus inter se implicitis similiores, defluentes accederent, tantum ponderis verbis addidêre, ut gens barbara & incredula ei credendo in silices potiùs perduresceret, quàm blandis Patrum amoribus emolliretur. Hinc maturo consilio rem aggressi Superiores, ne Missionarij ulteriùs oleum & operam perditum irent, præsertim cùm aliæ segetes falci jam maturæ propediem ma-

num

m operarij præstolarentur, & mes
quidem multa, operarij autem
uci existerent, Missionem dictam
solvere, vel potiùs, ut patientes
ricolæ, in aliud ver differre statue-
nt, maximè quia in mortem Patri-
s, primâ occasione quavis se offe-
nda, conspirâsse sacrilegos sicarios
anifestum & perspicuum satis erat,
iam sine dubio Patri nostro Ant.
ohm illaturi etiam fuissent, nisi pro-
gente bonum Pastorem pio Numi-
, fidelis quidam Indus Reductionis
eæ trium Regum fatalem ictum
rbari toto corporis annisu inten-
ntis avertens elusisset. Ipse P.
ntonius totam rei gestæ seriem mi-
tunc præsens pandit. Verùm e-
m verò alia hominum, alia Dei sunt
dicia, & quidem horum abyssus
ulta; quis enim unquam sibi per-
adere & imaginari potuisset, ne di-
am somniare conversionem hujus
npostoris vaferrimi, Tyranni ac
eguli? Qui legit, stupeat, infinitam-
ue miserentis Dei clementiam me-

eum deprædicet, & mirabundus exclamet: Hæc mutatio dextræ Excelſi, quam non meis ſed pij Patris Antonij Böhm modò defuncti meriti & precibus adſcribat. Rem geſtan germanico idiomate fuſiùs ſcriptan hîc levi & brevi ſolùm calamo perſtringam.

CAPUT II.

Mirabilis Sexagenarij illius Magi, Tyranni ac Reguli Moreyræ converſio.

JAm pulverem pedibus excuſſeran Apoſtolici viri, & nondum ſanatam Babylonem dereliquerant, cùn prædictus artium infernalium Magiſter non jam ampliùs Diſcipulus Moreyra ad meam Reductionem Sanctorum trium Regum (proxima hæc eſt quæ terram Gentilium horum reſpicit) iterum atque iterum ventitare nunc hæc nunc illa à me munuſcul expoſcere, jam tabaccum, jam Paraquariæ herbam, modò ſalem poſtulare: verbo; affabilem ſeſe mihi monſtrare,

rare. Quid ego ad hæc, qui lupum
pacem sub ovinâ pelle latitantem
ridem noveram? paucis dicam; &
ie ovem finxi, sub ovinâ pelle lu-
um Apostolicum contegens, ut cum
ivo Gentium Apostolo hoc spolium
æmoni jam jam in prædam cessu-
ım raperem. Astutissimum Senem
ıeliori ego Astutiâ aggressus, tabac-
o, Paraquariæ herbâ, verbisque
landis captum ita mihi devinxi, ut
ngulis ferè diebus Dominicis me vi-
tatum venire non dubitaret, imò
lium unicum, quem cupiebam vide-
e, ad me perducturum se, promitte-
et. Intereà R. Patrem Superiorem,
ui tunc erat P. Ludovicus Gomez
le utraque prædâ jam jam in casses &
etia propemodum feliciter actâ cer-
iorem reddens, rogavi, ut quid a-
gendum mihi quantocyus perscri-
ere dignaretur. Prædam hanc è
nanibus elabi permittere haud vide-
atur esse consultum, ac in Missione
neâ Christianæ Rei admodū pernicio-
um: fraudulentis quippe pessimi hu-

jus Sycophantæ artibus plura, eáqu
gravia damna illata jam fuerant Neo
phytorum innocentum vitæ & for
tunis; neque minora, ſi barbarus fort
animus quacunque demum ex cau
ſa exaſperaretur, timeri poterant. op
timum itaque R. P. Superiori conſ
lium viſum eſt, ſi adventantem denu
cum Filio Parentem mox in ferreo
compedes conijci mandarem, a
ſchaphæ impoſitum ad eundem tran
mitterem: & ſanè jam pridem grav
ſupplicium commeritus eſſet impo
ſtor aſtutiſſimus, & Patrum Miſſio
nariorum, ac Neophytorum prod
tor. Dominica erat ad exequendum
R. Patris Superioris conſilium apti
ſima dies, cùm ecce! ad portam ſt
impoſtor ſenex, cum ſene Juvenis
cum Patre Filius, paterni non tan
ſanguinis quàm nigræ artis hæres
ſagax inprimis Diſcipulus tanti Mag
ſtri, mali corvi malum ovum. Pe
humaniter ambos ſaluto, & ſcapul
in ſignum amoris leniter percuſſis
ſalvos eſſe & benè valere jubeo, mox

qu

ne à parvulis meis pueris Indis fri-
idam afferri, ut herbam Paraquariæ
itinctam cum illâ biberent, tum hu-
ni sedere, & tantisper fatigatos ab
inere quiescere, séque refocillare
:c. Ego interea fabrum ferrarium
dvoco, qui vincula prædæ inijciat,
incula amoris, non tyrannidis, qui-
us ab infernali captivitate erepti in
bertatem Filiorum Dei jam jam as-
rendi essent.

Facilè est ominari, quomodo fer-
eos compedes cernens tremuerit,
xpalluerítque ferox aliàs barbarus:
c primò quidem nonnihil restitit, se
mnes Gentis suæ adducturum polli-
itus, si tam sibi, quàm toti Tscharo-
cæ genti extremùm probrosis libe-
um vinculis dimitterem; sinistræ
otius auriculæ jacturam subire pa-
ratum, quàm tanto vinculorum pro-
bro affici invitum. Ad quæ ego hoc
ipso ad barbarum convincendum u-
sus argumento: sineret, ajebam, &
subiret lubens hæc corporis oppro-
bria; ad æterna potius animæ dede-

eira reſpiceret, quam certo certiù
ſciret proximè in inferno igniti
flammarum catenis vinciendam, hi
tamen, ſi luberet, amoris compedi
bus eripiendam: in mentem ſeriò re
vocaret, quàm ſurdum divinis in-
ſpirationibus in hanc usque horam
in ſenectam, & ſenium, animum iden-
tidem pertinax obfirmaverit: tot A-
poſtolicis Viris, & per eos Spiritui San-
cto ſemper reſiſtens, innumerabi-
lium pene animarum converſionem,
ſuæque Tſcharoicæ gentis ad ſanctæ
Matris Eccleſiæ Gremium reductioné
impediens; magicis artibus dementa-
verit, imò jam reductos, & Chriſti
nomine inſignitos à Romana rurſum
Fide apoſtatare coëgerit: Et quæ mo-
dò retuli (in hunc ferè modum eum
allocutus) levia quidem veniâ digna
forent, ò Moreyra, ſed atrociora te
reum ſiſtunt & convincunt ſcelera.
ediſſere ſodes, inveterate dierum ma-
lorum, quo auctore niſi te, in caput
Patrum Miſſ: ſocij tui conjurârunt?
quis ſcaphas ſecundo flumine Bue-
nos

ios Ayres deſcendentes expoliavit? quis fraudulenter Chriſtianos noſtros in itinere truculentus latro oppreſſit? quis bonis ſimul & vitâ pauperculos illos exuit & privavit, niſi infa-mis, impius, truculentus Moreyra, omnium malorum fomes, inventor & auctor? quæ utique non hæc tantummodo vincula, ſed rigidum Hiſpani ferrum, furcam, imò rotas rogósque jam pridem promeruiſſent; verùm R. Patris Superioris clementia in horum compedum paucis diebus tolerandorum modicam converſa ſunt afflictionem, exſolutuam, quidquid in Deũ & homines demens peccâſſet, imò nec his quidem vinciendus, ſi ex animo ab infidelitate ſuâ & magicis artibus deſiſtens his nuntium remitteret, illi verò libellum repudij daret. Hæc aliáque ego, nec in vanum; uti mox infinita Dei Miſericordia, quæ neminem perire vult, niſi temerè volentem, quæque ſufficientia & neceſſaria ad ſalutem media cuique confert & auxilia

suppeditat, palam ostendet. In vincula igitur utrumque tam parentem quàm filium conjectum scaphæ seu naviculæ impositum ad R. Patrem Superiorem duodecim benè lacertosis meæ Reductionis Indis adverso flumine perducendum tradidi, datis interea per terram litteris, quæ eum de capto Moreyrâ quantocyus certiorem redderent. Percepto felici hoc nuntio sine mora secundo flumine ad me descendit P. Superior, Deóque sic disponente obvium habet annosum senem, eúmque plurimùm consolatus ad meam denuo Reductionem reducit, ad quam ubi pervenit, re in Domino prius mecum deliberatâ ei significat, quomodo non alio, quàm animam ejus salvandi fine in hos eum compedes conjici mandaverit; & si Fidem nostram hodie amplexurum se sponderet, vitámque tam malè hactenus actam sanctiori initio consecraret, non solùm liberum quantocyus futurum, sed insuper totius Tscharoicæ gentis suæ su-

premum

premum caput se constituendum pro certo sciret, re interim ad deliberandum datâ, quousque peragratis & visitatis alijs Reductionibus P. Superior rediret.

His ita dispositis, ubi à mea Reductione Sanctorum trium Regum discessit, ego paulatim Vinctum meum mihi blandiloquio devincire, & benevolentia vincere studui, nihil ad quotidianam sustentationem ei deesse passus, nullum ad lucrandam voracissimam hanc gentem aptius medium esse probè gnarus: tametsi apud alias infideles nationes juxta Gentium Doctorem S. Paulum fides per auditum intrare soleat in aures, his tamen barbaris nostris maximè & potissimùm per os intrare expertum habemus; cùm enim tantæ sint voracitatis & ingluviei, primi nostri Patres Missionarij hoc modo medióque usi, plurimos ex montium cavernis & ferarum latibulis allectos velut pisces escâ captos ad portum salutis attraxêre. Cùm itaque similiter captivo

meo quoad victum necessaria libe-
rali manu abundè darem, nihil
omnino ei deesse passus, vidisses pau-
latim ferocissimum mansuescere leo-
nem, ex rapaci lupo agnum, & cru-
deli tygride domesticum fieri catel-
lum. Iam Moreyra Ecclesiam fre-
quens adire, Sexagenarius inter par-
vulos sedere, doctrinam Christia-
nam & Rudimenta fidei nostræ avi-
dus percipere, signo Sanctæ Cruci
se identidem munire, coronam B
Virginis decurrere; verbo; Neophy-
tum ferventissimum se se probare. U
verum est illud poëtæ: verba docent
exempla trahunt, hinc optimus ille
est, qui re non verbis se probat esse
pium. & ùt S. August. ait: ostendis
puero nuces, & trahitur; ostendis
ovi ramum viridem, & trahitur: ita
pariter dicere quis posset: ostendis
barbaro herbam Paraquariensem, ta-
baccum, &c. & trahitur, uti capite
sequenti vide-
bimus.

CAPUT

CAPUT III.

*uomodo P. Antonius Sepp Ve-
ulam Moreyræ Vxorem ad fidem
Catholicam perduxerit*

'Ed necdum plenè astutissimo seni,
utpote cujus innatam & inolitam
afritiem non nisi quàm optimè per-
ectam habebam, fidem habere po-
ram, ne non sub ovina pelle lupum,
sub schemate simulatæ tantùm Re-
gionis impostorem etiamnum te-
eret: unicum supererat medium,
uo pio simul ac ingenioso astu
'etulam ejus Vxorem funiculis cha-
itatis attrahere possem; vinculum
tique fortissimum, quia amoris, &
mnibus compedibus efficacius, quia
'xoris (Vxorem dixi, illam scilicet,
ui senex ex centenis, quas habebat,
amiliariùs consuevit, convixitque)
nterrogatus proin, quî eam adduce-
em, & qualem illam? reposuit: Pa-
er mi, mitte ei meo nomine Rosa-
ium, tabaccum, & parum herbæ Pa-
aquariensis; promitto tibi eam cer-

tô certiùs ad me venturam, qu
cùm pervenerit, tuâ quâ polles ama
bilitate, & qua me vicisti benevolen
tiâ, facilè & vetulam meam quinqua
genariam vinces. Quo audito to
tus animo gestij, felicem jam jam e
ventum in sinum mihi gratulatus
quid enim mihi facilius? quid obvium
magis? ablegatur itaque Christianu
Indus, dona mea vetulæ affert, & ma
riti dicta refert: exultat illa, Rosarium
collo inijcit (Jo! captam tenemu
prædam, & quidem funiculis Maria
nis irretitam; exultet mecum Chri
stiana, quæ hæc legit, anima) herbam
Paraquariensem cum frigidâ haurit
tabaccum masticat, læta advolat ig
nara eorum, quæ interim conjug
suo Moreyræ, nec non & Filio conti
gerant; nihil enim de eorum capti
vitate ferreisq; compedibus ei inno
tuerat, Moreyram suum à me ut aliàs
benevolentiùs exceptum, lautiùs ha
bitum, diutiúsque solito detentum
illis diebus rata. Videns itaque vetu
la (Megæram dixeris aliquam potius

au

Medusam crinibus oblongis hor-
am & sexcentis rugis deformem)
um suum non jam ferarum pelli-
s vestitum (gentiles namque hi
arum & tygridum pellibus se præ-
ngunt, non item Christiani nostri)
dens, inquam, virum suum toga ex
nno tectum, & baculo Capitanei
natum, præ gaudio exiliens ait;
oreyra fidum mihi Caput, quid hoc
i? quæ nova senis in formosum Ju-
nem versa tam subitò facies? quis
hac veste, quis hoc baculo deco-
vit? Ad quæ ego: Filia, Moreyra
ius jam meus est; non vides quàm
m unà cum filio tuo amem: imò
æstimem? sat jam inter Tygres mi-
ri & nudi vixistis; vivite modò fe-
ciores, & habitate in hoc meo oppi-
o corporis & animæ securi: non Dæ-
oni ampliùs, qui vos perditum i-
erat, sed uni soliqus Deo, qui vos
lvos cupit, deinceps servituri. Hac-
enus gentiles, barbari & inhumani
ixistis; quid enim mutilati hi tui di-
iti indicant? (sciat pius lector, his
bar-

barbaris cruentam hanc esse consu
tudinem, ut quoties filius vel pare
aut alius qualiscunque demum
suâ familia mortis debitum solvit,
vita defungitur, sibi articulum dig
ti, imò & digitũ tandem abscindan
& si hæc laniena manum mutilanc
absolvit, ad pedum digitos altera te
dit, totiésque unum detruncat, qu
ties consanguineus quispiam mor
tur) Hoc, inquam, ad vetulam palma
ri argumento usus aiebam: barbari
inhumani hactenus vixistis, ut ip
pedes vestri, manúsque mutilæ ape
tè loquuntur; nunc ego homines
civiles, humanos & Christianos vo
faciam. Deinde ad vetulam con
versus: dic mihi, sodes, filia, si mor
heri te è vivis extulisset, nunqui
æternis ignibus cruciandam in pro
fundum inferni deturbatam unà cun
Moreyrâ tuo hodierna dies in vanun
lugeret? Hæc & plura alia, ubi a
hos conjuges verba feci, & matren
vetulam, & Filium novâ mox veste
indui, herbam Paraquariæ, tabaccum
&

carnem ad ſaturitatem uſque eis
oni præcepi, ſimúlque domum
gnavi, in qua unà viverent, vi-
itque ad hunc usque diem Neo-
yti Chriſtiani. En! amice lector,
s modo animas lucrati ſumus,
nc denuo laxemus retia in captu-
n; quid ſi & alios in Sancti Petri
viculam, & Eccleſiæ gremium
mpellamus Chriſti pretioſo ſan-
ine redemptos piſciculos?

CAPUT IV.

*ltera Indæ Cujusdam Conver-
, & rarum pro fide amplectenda
in palude ſe abſcondentis
exemplum.*

ADamaverat Moreyræ noſtri fi-
lius Indam gentilem præ cæte-
s multis ſpecialiter dilectam, ſibíque
ddictam, & ut ille retulit, etiam pro-
gravidam. Ad hanc igitur cum
arijs munuſculis & crepundijs, ut
ius ad illam vetulam, ipſum nunc
naſium legatum miſi, qui officio
exa-

examussim optimè perfunctus, e
ocyùs ad me perducit, etiam fratr
puellæ venire paratum asserens,
modò ei in signum pacis parum h
bæ submitterem. Submisi herbam(
qua certè anguis non latebat)
illâ duas animas cepi, fratrem puc
& ejus uxorem, quæ ubi se solam
repente à viro derelictam sensera
ultrò eum insecuta post aliquot d
& ipsa ad Reductionem advenit, en
rans, quàm mirabiliter manus in
quentium gentilium quorundam
vaserit. Senseram, inquit, inter
me moveri ad fidem vestram ampl
ctendam, sed quomodo executio
mandarem desiderium propositú
que meum non videbam; instabat p
riculum à gentilibus quibusdam J
venibus, qui me amore deperiera
partim ut si me fugientem assequ
rentur, vel sagittis conficerent, v
captivam secum abductam, in o
nem libidinem projecti lenones o
nium me ludibrio exponerent; pa
tim etiam si ad tuam Reductione

pe

n ocyùs pertingerem, per immen-
n camporum illorum planitiem fa-
; necessariò perirem. Quid igitur
nsilij ? fugio intempesta nocte, &
;o solo freta me itineri committo.
n altera illuxerat dies, méque ex-
ι conspectum illorum & omne pe-
:ulum positam rata, inopinatò vi-
o à longe pernici cursuIndos quos-
m recto itinere & directo ad me
amite ferri, imò omni velociùs
ıro volare. Sagittas hi & arcus te-
:bant velut prædam venaturi, re-
:ra autem amasij hi mei erant. Cur-
bam ego, illi non segniùs mea pre-
ebant vestigia; illi tantò ardentiùs,
ıantò ego velociùs; mihi timor, il-
s amor addidit alas: nullus ampliùs
ihi effugiendi has Harpyas supere-
ıt locus, nec sylvarum patebant um-
ræ, quæ me tremulam exciperent,
ec montium latebræ, aut rupium
avernæ, quæ me desolatam conte-
erent, absconderéntque: sola quæ-
am lacuna seu palus mihi cænosa sua
peruit viscera, méque fugientem

ſuo lutoſo excepit ſinu, omni m
plumâ molliori, omníque tecto m
liori, quia ſecuriori. Ingreſſa igi
paludem collo tenus me immerſi,
erecta ſtans oculos identidem hi
inde circumvolvi anxia & tremula
fors me venatici illi canes perſen
cerent. Jámq; bis roſeis aurora polu
oſculando labris ſalutabat terræ gl
bum, tertiáque jam lux aderat, q
in prædictâ palude famelica & ſemi
va delitui. Deo itaque freta, cùm r
ſtrum nullum inſequentium me a
pliùs adverterem, è luto egreſſa, it
ſemel cæptum denuo proſequor,
paulatim oppido tuo appropinqua
metam deſideriorum, & finem vot
rum meorum me nunc attigiſſe ſp
ro, dum te præſentem, mi Pater, co
ſpicio, quem ſcio cordi ſibi habe
ſalutem meam. Hactenus bona i
animula, nondum licèt chriſtia
dogmate, ritibúsque initiata, à Di
na tamen Providentia mirabiliter
libertatem Filiorum Dei evocata,
prædeſtinata, quam poſtmodum
lut

ari ablutam undâ Mariam vocavi;
;nam planè hoc nomine, quæ tam
)riofo facinore, & viris ipfis invi-
ndo exemplo, vitam corporalem
palude,cænofo hoc ergaftulo,per-
um ire non dubitavit, ut fpiri-
lem in animâ per Fidem in Eccle-
meliorem inveniret refurrectio-
n.

Quis hîc infinitam Dei Providen-
m, fimul & Mifericordiam non pro-
s adoret? folutam, ac defperatam
ılò antè retuli miffionem illam
ıuam, & laboriofam R. Patris no-
i, piæ memoriæ, Antonij Böhm; &
:e! primitias laborum ejus P. An-
ıius Sepp, peccatorum maximus,
lligit, & primum quidem gentis
roicæ (Tfcharoicæ) Regulum, feu
rannum, infernalis genij fidum
)ut, miffionis irritæ, & caffæ uni-
n caufam, plurimorum infidelium
)nverfionis impedimentum, & re-
)ram Moreyram Sexagenariú, an-
fum fenem. Nonne hanc muta-
)nem dexteræ Excelfi verè dixeris?

cerneres namque prædictum sen
cum uxore ſua annosâ, non jam h
ribili ampliùs, & deformi Megæ
ſed modò placida, & amabili chriſ
nâ, unà cum filio ſuo, Filiiſque u
re, ac Mariâ illa ſuperiùs nomin
conjugéque ſuo templum noſtr
unà ſimul omnes quotidie ingre
cerneres modò roſario ex c
pendulo parvulos inter, & lacten
chriſtianæ doctrinæ lac ſugere;
xagenarium cum puerulis ſacro
Crucis ſigno præmunire, oratio
conſuetas addiſcere, perconta
Catechiſtæ reſpondere, dubia diſ
vere, Fidei Chriſtianæ articulos n
modò memoriter tenere, ſed &
miter credere. Et, ut breviter dica
hîc ipſe dein (ut iſte ſolennis act
majori cum pompa, & oſtentatio
ſpirituali, nec non & aliorum p
rium convertendorum ſpe fiere
Moreyra à R. P. Lauro Nunnez Pr
vinciali Paraquariæ Sacro Baptiſm
tis fonte ablutus eſt. Pro concl
ſione hujus materiæ non poſſum n
add

dere, mihi tunc maximo ſolatio,
iod ſequitur.

CAPUT V.

*. Antonius Sepp baptizat Ne-
tem famoſi illius Magi, & Reguli
Moreyræ, Ignatiúmque
nominat.*

Ntempeſtâ noctium unâ excitor à
parvulo meo Indo, ocyúsque ſur-
re juſſus, ad mulierem difficili la-
rantem partu vocor. Erat illa
à, quam ſuprà gravidam dixeram,
oreyræ filij uxorem. Hæc cum
imo partu ægerrimè luctata, & vix
ıctata, peperit puerulum, quem
Sacro Fonte ablutum Ignatium
cavi, glorioſiſſimo Sanctiſſimi Fun-
toris noſtri nomini debitas primi-
s, quas paulò antè effera, & infi-
lis, nunc velut in Regulo ſuo Mo-
rra Chriſtiana Yaroicæ Gentis na-
in hoc parvulo obtulit, cælóque
miſit, parentibus ſuis novas æter-
ſque Colonias fundaturo; vix

namque mundo natus, mox cælo r
nasci cæpit, feliciori sorte, dubia
per longiorem vitam forsitan redc
turus. Sed quem parvuli hujus, p
aquam in Spiritu Sancto renati, P
trinum fuisse divinabit curiosus l
ctor? Ipse noster Sexagenarius M
reyra Nepotulum suum è lustrali u
da susceperat, non sine lachrymi
cùm enim intempesta nocte res t
multuariè perageretur, & Patrinu
urgente necessitate, alius ad manu
haberi non posset, & creatura n
mundo, sed cælo matura, vix ins
ratum de cælo à Deo Spiritum, a
mam jam jam ageret, periculúmq
esset manifestissimum in mora, i
capularis senex, me cubiculum i
trante, infantem in ulnis suis tenui
quem nec ego tenerrimè lachrima
tem siccis oculis, Sacramentum Ba
tismi conferens, intueri potui, que
etiam inter mutuas lachrymas eg
& Patrinus in cælum mox transmi
mus, silentio magis, quàm calam
explicando solatio. Hoc solùm

lab

oriosa illa Yaroicæ Gentis missio-
, quam P. Antonius Böhm, nun-
ım satis memorandæ memoriæ,
ıriosè antea susceperat, perscribe-
& addere libet, plusquam decem
nilias ad Reductionem illam, San-
ırum trium Regum dictam, jam se-
aggregâsse, Fidémque Catholi-
n suscepisse; quod sperare me ju-
t, omnem paulatim gentem per
initam Dei Misericordiam ad Fi-
m Romanæ Ecclesiæ, ejúsque Ma-
rnum Gremium reductum iri; cùm
im plebs illa Moreyrâ velut Regu-
, & Tyranno suo destitutam se vi-
at; ex altera etiam parte agnoscat,
m sectæ suæ, & Idololatriæ nun-
ım remisisse, Fidem nostram am-
exum, imò, qui paulò antè ab ea-
ım omni studio & industria eam a-
erterat, nunc ad illam suscipien-
ım Evangelicum Præconem invi-
re, affulget spes, omnem hanc na-
onem, ut volucres errantes, atque
nc inde vagantes, felici aucupio,
ım fistula Evangelicæ Prædicatio-
 nis

nis dulcè canit, ad aream reliq
turmæ Christianæ brevi convola
ram. Nunc ab Anno 1693. ad a
num 1695. faciamus gradum, & b
ves Ephemerides construamus.

CAPUT VI.

*P. Antonius Sepp mittitur à R
ductione Sanctorum trium Reg
ad Reductionem, Nuestra Senno
de Fee dictam, jubetúrque à R. P
Provinciali Organum Euro-
pæo modo con-
ficere.*

OMnibus omnia fieri Aposto
cum virum necesse est, maxin
inter pauperculos hos Indos. Trib
ferme annis, ut dixi, Indis Yapeyr
nis excolendis in Reductione triu
Regum substiti, & inter alios lab
res non minor erat, variarum Red
ctionum Indos, quos Patres Missi
narij undique submiserant, omni g
nere musices instruere: hos Org
nu

n pulſare ; & Cytharam ; illos
ırba ludere & Chely; alios Cor-
ı inflare,& Tibias ; alios fiſtulas,&
ırinos, bellica Inſtrumenta,ſona-
; hos ſuavè Davidis Pſalterium
ɔbus bacillis decurrere levi bra-
o ; illos Quitarrâ ludere : ver-
; omni genere muſicalium inſtru-
ntorum eos non ſolùm inſtrue-
ſed ipſa quoque inſtrumenta ſin-
la de novo conficere neceſſe erat,
ecìpuè verò organum, ad cantan-
; in EccleſiaDei laudes,præ reliquis
mnibus maximè neceſſarium. Vi-
ns itaque R. P. Provincialis P.
urus Nunnez non tam penuriam,
àm miſeriam organorum, quibus
uperculi noſtri Indi hactenus uſi
ıt, in mandatis mihi dedit, ut Eu-
pæo modo unum conficerem, aut
nfici curarem, operíque faciendo
ıſterem ; quod cùm in Reductio-
: trium Regum ob defectum mate-
ılium exequi non poſſem, juſſit
e ad Reductionem, quam Nue-
ramSennoram de FeeHiſpanicè vo-

eamus, pergere, & in itinere per a
quot menſes in oppido Ytapua
cto ſubſiſtere, ubi nimirum P. Fra
ciſcus de Azebedo materialia pro c
gano conficiendo præparata, &
promptu jam habuerat. Obedie
tiæ igitur virtute magis, quàm pr
pria artis ſcientia nixus, aggredi
Pneumaticum opus, & cùm ſtanni,
plumbi copia, quam dictus P. de
zebedo præparaverat, ſolùm pro n
noribus fiſtulis conficiendis, & fo
mandis ſufficeret, fiſtulas, ſeu tub
grandes, quos Subbaſſum vocan
ex tabulis cedrinis benè, politéqu
levigatis, & probè dedolatis, fie
curavi, quæ officio ſuo ita ſunt ex
muſſim optimè perfunctæ, ut æs ſ
norum Anglicano fuſum ſtanno ju
rares, aure etiam acutiſſima, & ſole
tiſſima inter utramque minimè d
ſtinctura ſonum. Hoc inter alia no
ſolùm Indos, ſed & omnes, quotquo
advenerant, Patres Miſſionarios,
ipſum tunc præſentem R. Patrem
Provincialem P. Laurum Nunnez i

ad

niratìonem rapuit, quòd non tan-
n manibus, ſed etiam pedibus me
d tangere viderent; res neque ab
s unquam viſa, neque audita (nam
gana in Hiſpania non habent pe-
e, ut vocant, neque ſunt chori,
corneti tono accordata) Omnes
inde, ut dixi, in admirationem
uit nunquam hactenus audita ſo-
ra cedrus, quæ immortalitatem,
n tam ſibi propriam, quàm Facto-
ſui, in Templo Dei perpetuò de-
ntaret, ſeu veriùs reſonaret.

CAPUT VII.

æviſſima peſtis graſſatur in araquaria. P. Antonius inſervit peſte infectis in Reductione Nueſtra Sennora de Fee.

ORgano itaque ad mandatum R. P. Provincialis confecto, ad Re-
uctionem, Nueſtra Sennora de Fee
ctam, obedientia me ablegat. Eſt
ec Reductio omnium maxima, &

 popu-

populosissima, non ad fluvium Ur
guay, sed ad celebrem illum, & or
nium fluviorum facilè principem,P
rana sita, quem Indi maris parente
vocitant ob im̃ensam aquarum pr
fluviem , quam velut debitum m
gno solvit Oceano,pendítq; peren
fluxu tributum. Reductionem hai
P. Ferdinandus de Orga , Hispanu
octogenarius seniculus , tunc rex
rat ; modò autem, dum hæc scribo
morte pijssima defunctus. Quant
me gaudio bonus Pater exceperit
non facilè explicavero ; cùm enir
præ senio vix jam distinctè,& artict
latim ampliùs loqui posset, eò quò
anterioribus destitutus esset dent
bus, totum ferè pondus diei,& æstû
meis humeris incumbens, in me so
lum recidit: hinc ægros invisere, mo
ribundos ad piam luctam animare
parvulis & adultis panem spiritualem
frangere,doctrinam Christianam ex
plicare , conciones & exempla statu
tis diebus ad populum confertum
habere,& alia sexcenta seduli pastori

muni

nia obire. Et si unquam labo-
n fertilis annusfuit,hic certè 1695.
entem operarijs messem in horrea
ulit meritorum; pestis namque
vissima deReductione inReductio-
m ita grassabatur, ut paulatim to-
n pervaderet Paraquariam, & po-
simùmIndos nostros corriperet fa-
is lues. Traxerunt illam secum qui-
m,ex Hispanorum terris reduces;
iùs huiates Hispanos ag ressa est,
inde pedetentim Indos infecit, eò
vior Furia, quò promptiorem in
oc, quàm in illo reperiebat gras-
ndi materiam; cùm enim pauper-
ili nostri Indi nudipedes ad tegendũ
agis, quàm calefaciendum corpus
estitu utantur levissimo, tenuissi-
óque, Medicus autem non alius,
uàm sedula,& ingeniosa charitas no-
ra reperiatur, hinc fit, ut quælibet
nfirmitas eos brevissimo spatio ad
xtrema perducat. Mali hujus vis
n minoribus pustulis sese exercbat,
quales experiri, patíque solent infan-
tes in Europa, aut potiùs, quales ij,

qui calida febri laborant. Hæ pustu-
læ hîc in Paraquaria crudelissima pe-
stis sunt, quæ totum corpus ita inva-
dunt, ut nullum quasi membrum in-
tactum relinquant. omnium potiu
morborum congeriem, quàm simpl
cem pestem dixeris; primò namqu
guttur invadit, mox ventrem, & in
testina immensis ardoribus exurit, a
dein humidum radicale exsiccat, ci
borum nauseam, & stomachi debilita
tem causat; hinc sanguinis perpetuum
fluxum, & cum sanguine ipsorum
tandem intestinorum corruptionem,
& ejectionem procreat: nec ipsis e-
tiam oculis, auribúsque parcit; si-
quidem hos videndi, alios audiendi
facultate, usúque privat. Tolerabile
utcumque foret, si in adultos tantum-
modo furorem suum exerceret im-
manis lues; verùm ipsis etiam infan-
tibus, quibus natura in materno ute-
ro novem mensium spatio hospitij
legem sanxerat, invidebat, ante tem-
pus inhumaniter ejecto fætu. O quot
ego tunc parvulos æterna jam jam
nocte

ɔẞe premendos, luce æterna frui-
iros, mundo vix natos, cælo rena-
ɔs ſubmiſi? O quot, dum in terram
: utero miſelli caderent, animulam
x infuſam jam jam agentes, quanto-
us ſalutari tinctos lympha, æternæ
tæ reſtitui? vidiſſes ipſam ſæpiùs
atrem, infelicem filij obſtetricem
i: vidiſſes aliam cum prole luctan-
m, neſcius, quænam prior mortem
biret, Mater, quæ pareret, an proles
riendaMatrem infelix præiret: hæc
um, alia quatuor menſium fœtum,
ɔ alia etiam embrionem, & fru-
ım crudæ carnis enixa, vitam,
ıam proli pia Mater dare conaba-
r, ſibi ipſi ademit. in eandem dein
:obem ambæ injectæ: ſcrobem dixi,
gentem foveam, in quam cadave-
, mortuorum quotidie proijcie-
ıntur; ipſa enim mors veſpillonem
;erat, cùm deeſſent vivi, qui mor-
is ſepulchra aperirent. Felicem me
m arbitratus, quando ſaltem par-
ılos meos ſacriſtas, qui SS. Miſſæ
ıcrificio inſervire ſolebant, non u-

na eádemque omnes die, ſed ſucceſ
ſivè, & paulatim eos vis mali corri
piebat, ita ut, dum hic in morbum
incideret, alter jam de infirmitate ſu
reconvaleſcens ſurgeret, ſtánsque ad
Aram inſerviret. Hanc Deus piiſſi
mus miſericordiam ſuam etiam co
quis meis impendere voluit, ut, cùm
unus decumberet, alter jam in pede
erectus Lazarus mihi focum excita
ret, prandiúmque eſurienti pararet
ſi tamen prandere eſt, quem non ni
furtivè comedas bolum; cùm inte
gra propemodùm die pauperculis aſ
ſiſtendi, Sacramentáque adminiſtran
di neceſſitas, non niſi ad ſeram usqu
noctem Horas Canonicas recitand
facultatem daret. Nullus hìc Podali
rius, aut Machaon, nullus Galenus
qui potiones medicatas, catapotia
emplaſtra, aliáque medicamenta
tam ſimplicia, quàm compoſita, infir
mis porrigeret; ſolus ego omnium
Archiater, ſeu potiùs infirmarius, imò
omnibus omnia factus ſum; non e
nim Sacerdotem tantùm, qui animæ
ſec

l & Samaritanum illum Evangeli-
m, qui corporis vulnera alligaret,
geniosa charitas me esse tunc do-
it; quamprimum enim pestiferam
nc luem grassari per alias Redu-
ones inaudij, à decenni puero us-
ie ad senem omnibus venam quan-
cyùs aperiri volui, ut, si pestis cu-
spiam corpus invaderet, putrido
iùs & maligno evacuato sanguine,
irgatum, adeóque minùs aptum
periret domicilium, ubi sedem fi-
ret inhumanus inquilinus, illud
iilosophorum adagium pro Apho-
mo tenens: cessante causa cessat
fectus. At quæret hìc curiosus lec-
r: quis tot Indis utriusque sexûs
nam incidit, & Chyrurgum egit?
iis in tantâ ferri inopia tot lanceo-
s Patri Antonio subministravit?
audiat benevolus lector, & ali-
quantulum hilariter in si-
num rideat.

CATUT

CAPUT VIII.

Indi tempore Pestis sanguinem emittunt mirabili prorsus phlebotomia.

MUsici mei, & fabri ferrarij partim cultellis, & quibus culte deerat, partim clavis venas aperuêre seu potiùs cutem miserè terebrârunt nam quo pacto aliter fieri potuisset ut eodem, quo Taurum Indus sternit & excoriat, cultro, placidè brachium feriret, sanguinémque inde emitteret? ipsi musici primi erant, qui experimentum in se ipsis sumentes, hanc lanienam subiêre, uno alteri (charitatis, an tyrannidis dicam?) hoc beneficium exhibente. Cantores secuti sunt fabri ferrarij, & mox totus populus, quem ita disposui, ut intra triū dierum spatium absolutam videres tragædiam; omnes namque ad casæ suæ, seu cubiculi fores in plateam foras exire jusseram, ibíque in terra sedentes

ntes ictum exſpectare. Tum Chy-
gi mei (laniones potius, & quidem
e detractione, dixeris) non niſi
compita incedebant, & juxta fa-
lias in ordinem benè diſpoſitas,
chia jam denudata, extensáque, &
ictum excipiendum parata repe-
e, adeóque citiùs, quàm quis co-
aret, aliquot millenas phleboto-
as, ſeu potius barbaras lanienas ab-
vêre. Vidiſſes ipſa undique com-
a effuſo copioſo cruore tincta,
od horridum oculis, & crudele ſpe-
culum ex oculis lachrymas, & ex
rde ciebat ſuſpiria: petram certè,
l ſtipitem eſſe oportet, cujus ad tot
uperculorum extremam miſeriam
n frangeretur cor ſaxeum, & durius
ce pectus, ſi ad compaſſionis affectũ
n emolliretur. In hac tamen fera-
aniena (imitandum querulofis, &
licatulis Europæis exemplum) non
diebantur gemitus, non ſuſpiria,
n lamenta, omnibus crudelem fe-
ntis manum forti animo excipien-
us: debilior ſexus, ad fletum pro-
nior,

nior, ad querulas voces proclivior
ad ictum fortior ſtetit; nec mulier
nec virgo expalluit; ipſa ſibi brachi
denudatú aptans, & moras rumpen
ut citiùs feriret immanis culter, qu
vitam non abrumperet, ſed dare
Omnium igitur corporibus ſangu
nis evacuatione purgatis (hoc enir
primum fieri oportuit ob ingenten
quam Indi alere ſolent in ve
nis, ſanguinis copiam; eſt enim A
mericana gens iſta calidiſſimæ com
plexionis: furnos potiùs continu
ardentes, quàm temperati humori
homines crederes) Hac matura ſan
guinis emiſſione aliud inſuper, quo
intendebam, obtinui, non tam cor
porum, quàm animarum eorunden
emolumentum; nam, ubi peſtis eo
invaſerat, non ſtatim tanto eos im
petu eſt aggreſſa, ut non mihi ſpatii
relinqueret Eccleſiæ Sacramentis eo
maturè muniendi; per quam multis
utique aliàs absque ſacra Exhomolo
geſi morituris, Viaticóque ad mor
tis luctam feliciter obeundam caritu
ris

quis enim tot millium utriusque
ıs confeſſiones tam brevi tempo-
ſpatio excipiat, ſacram Synaxim
ertiat, Oleo ſancto inungat?
gnæ haud dubiè Miſericordiæ Di-
æ opus fuit, ita pauperculos hos
tifera lue caſtigare, ut ſimul eis
ıpus indulſerit, quo diluere per
ıitentiam delicta, vel ab eis abſol-
poſſent.

CAPUT IX.

oſpitalia eriguntur pro peſti-ra lue infectis utriusque ſexûs colligendis.

Ec illa ſola, quam de phlebotõia
dixi, induſtria ſuffectura fuiſſet,
ſine Sacramentis decederet quis-
m; verùm neceſſe pariter erat
ſpitalia erigere, omnésque infir-
os utriusque Sexûs in ea recollige-
, præſentésque continuò habere;
m enim Paraquarienſes noſtri nul-
n omnino providentiam habeant,
nec

nec ſui curam, ita,ut dum ſani, inc
lumes, & robuſti ſunt, ſingulis di
bus eos Pater Miſſionarius alere, v
ctum, & veſtitum præbere debea
quantò magis, dum morbo affect
curam ſui prorſus neglexêre? nece
ſſarium omnino fuit, ne fame citiù
quàm peſte quisquam interiret, i
firmos in hoſpitalia dividere, & r
colligere, ſicque faciliùs Sacramen
adminiſtrare, & debile corpus ſtat
tis horis modico cibo refocillare. Se
quæ hæc domus, bone lector, qu
tot infirmos excipiat? non alia
temporis anguſtiæ (urgebat enir
mali vis) ædificare ſinebant, quàr
quæ tegulis imbricibus, & laterc
lis coquendis inſervire ſolet: in has
gitur omnes infirmos collegi, diſtir
ctis à viris mulieribus, ipſis etiam fa
tu gravidis à cæteris ſeparatis, quibu
infirmarios duos aſſignavi, qui ſol
parturientibus aſſiſterent, Baptizan
di formulâ benè priùs inſtructos, ut
ante tempus vis morbi immaturun
fœtum eijceret, Indus infantem inte
rin

ablueret, quousque eum iterum
conditione baptizarem. Dixi: ſub
ıditione; quia ita nos facere man-
ıt Epiſcopi, & Superiores noſtri,
quòd fidere Indis in re tanti mo-
nti, in hujus ſcilicet adminiſtratio-
Sacramenti, neutiquam poſſimus,
incredibilem illorum ruditatem,
n rebus præſertim ſpiritualibus ig-
rantiam, vel omittendo debitam
mam, vel non præmittendo in-
ıtionem, vel denique utrumque
ertendo. Quamprimum igitur
iſpiam peſte ſe afflatum ſenſerat,
prædicta hoſpitalia eum portari
ſi. Singulis dein diebus unum-
emque illorum aliquoties viſitans,
um potúmque in moderata quan-
áte, ſervata certa diætâ, ei porri-
bam: ſi opus erat confeſſione,
m excepi, brevitérque ad charam
tientiam, Magni Jobi filiam, non
quo animo ferendam animavi.
ite decimam diei horam Miſſam
dixi, exſtructo ibidem Altari ex-
mporaneo, & tumultuario qui-
dem

dem, ſed tamen valde decenti, &
voto, magno utique infirmor
ſolatio, & commodo. Si
communicandi erant, poſt Sacr
eis Viaticum adminiſtrabam, O
eos ſacro inungens. Lectus in
morum iſtorum non mollis culcit
non anſerinis plumis molliter ref
tum ſtratum, & ſtragulum; non ſ
cus, arborum folijs, aut palea inf
tus; ſed piſcatorum rete, in aëre
duobus arborum truncis pend
lum. Hiſpanus hoc genus retiu
Amacas vocat, Indus verò Quih
Quilibet æger, ſive vir, ſive fæmin
imò pueri, & puellæ pro ſtatura,
proportione corporis ſui in ejusm
di retibus dormiunt; ſæpeſæpius
tiam tres parvuli unum occupant, p
dibus invicem oppoſitis in oblo
gum; quin etiam viribus integri,
incolumes ejusmodi retibus utu
tur; ipsíque Patres Miſſionarij, du
iter faciunt, in ſarcinis ſuis ſecum d
portant, aiúntque dulcem ſe in i
ſomnum capere, & veriſimiliter om
nes

s, qui, ſemel aſſueti, hoc ſe ſe po-
ndi modo uſi fuerint. ego nondum
pertus ſum barbarum hoc dormi-
di genus: nempe etiam dura tel-
pro molli culcitra tibi ſervit, cùm
importunus Morpheus premit, &
ıpertas tibi hoſpitium parat. Di-
ſitis ergo eo ordine viris in domo
ı, & alia in domo fæminis, omni-
ıque exhomologeſi jam expiatis,
xima mihi cura fuit, debita medi-
nenta, quæ Religioſa potiùs in-
ſtria, & paupertas, quàm Galeni
excogitaverat, pauperculis ſub-
niſtrare.

CAPUT X.

'edicamenta à P. *Antonio in-
nis adhibita, non ex Galeni A-
horiſmis excerpta, ſed Religio-
ſa induſtria excogi-
tata.*

[felix Paraquaria! nec nomen qui-
lem Galeni, aut Hippocratis tibi
hacte-

hactenus innotuit, neque ſpes aff
get, ut, qui in Europa abundan
Medici, mare Atlanticum, magnúı
que Oceanum tranſmeent, paup
culos hos Indos aliquando adjutu
ſola Dei Providentia, infinitáque
jusMiſericordia infirmis noſtrisCh
ſtianis, imò & nobis Patribus Miſſi
narijs medicamina parat; omni pro
ſus Medicorum auxilio deſtituti ſ
mus; barbaro Indo fidas neceſſe e
brachium, ut venam non tam ap
riat, quàm crudeliter ferro rimetu
cornigerum taurum, vel vacca
ſternere doctus eſt, non autẽ ſangu
nem ſubtiliter elicere debili Religi
ſo. Et quæ curioſus Lector divin
bit me adhibuiſſe medicamenta
quas potiones? quæ Alexipharmac
Imprimis quidem omnium in h
peſte remedium optimum erat ade
celebrata diæta, verùm noſtris v
raciſſimis Indis hactenus prorſus i
cognita; ad hanc proinde obſerva
dam dabatur cuilibet ad prandium
& cænam media libra carnis bubu

I

ené coctæ cum ſuo juſculo; & lo-
panis parum farinæ tritici Indici
ürckenmehl) triticum enim Eu-
æum, quod aliàs in maxima hîc
ndantia creſcere ſolebat, hoc ipſo
no milleſimo ſexcenteſimo nona-
mo quinto peſte etiam infectum
& vix non etiam ipſis Patribus
ſionariis panis quotidianus de-
. Ad ſecundam horam pome-
nam juſſi eis dari hauſtum, aquâ,
nij ſucco, & melle confectum, ad
gerandos internos calores, qui e-
inteſtina adurebant; cum enim
, ut dixi, calidiſſimæ ſint Com-
ionis, & velut injectis vivis car-
bus intus continuò ardentes fur-
nc labra eorum exſiccata, hiulca
a, & lingua diſciſſa internos in-
bant æſtus, quibus nonnihil mo-
ndis, ſi non penitus extinguendis
frigida, limonij ſucco, & melle
nixta efficaciſſimum, & ferè uni-
remedium fuerunt. Qui ocu-
borabant (nam hos quoque pe-
ſſlavit) Sacchari candidi pulve-

rem inſperſi, præſentiſſimum oc
collyrium : cúmque me advent
perſentiſcerent, omnes ſeſe in l
gam cæcutientes poſuêre feriem
lo, qui me comitari ſolebat, ir
mario eorum palpebras paululum
movente, quò expeditiùs prædict
pulverem oculis inſpergere poſſ
nam tanta oculis laborantium mu
tudo erat, ut hi ſoli non modi
diei partem mihi ſurripuiſſent,
expeditior manus deproperare
ſet præſens remedium : jam huc
iſte, jam illuc alius vocaverat;
dò animæ ſuæ medicinam ùnus,
dò corporis ſublevamen implor
alter. Sed & auribus medicinam
hibere neceſſe erat; plurimos n
que non tantùm in potentia vi
ſed & auditiva afflixit peſtis, ita
dem, ut ſi qui hanc ſuperâſſet, v
riam quaſi jam certus cum trium
caneret, & pro leſſo lugubri læ
pæan intonaret, utpote qui ultin
morbi aſſultum feliciter eluſiſſet
medium autem ad manum non

ud, quàm parum aceti, quod bom-
ce madefacta auribus instillavi;
od profuisse eventus docuit. Hæc,
similia quidem remedia, quantum
ssibile erat, infirmis meis applicui,
ilominus tamen furiosa lues plu-
, quàm mille ex hoc solo oppido
mortuorũ cumulum,& tumulum
emisit, promovente, & strenuè o-
ram suam navante Libitina, ma-
em utique stragem editura, nisi
gna Misericordiarum Mater, Oe-
gana Virgo, etiam pauperculos
s inter Indos auxiliatricem sese ex-
uisset; illius enim statuam cum
liquijs, seu frustillo miraculosæ
tuæ, qua Reverendissimi DD. Ca-
nici Oetinga Veteri ex tertia Pro-
ione ad Indos me euntem donâ-
it, in Altari decenter ornato col-
atam, cultui publico exposui ho-
randam,& invocandam, non tàm
Infirmorum speciale solatium,
àm manifestum auxilium. placet
dò calamũ ad hujus beneficia bre-
er describenda, & enarranda con-

vertere, ut Oetinganæ Virginis d
voti Clientes Europæi cognoſcar
Marianos favores ex fæcundiſſi
Bavaria velut ex fonte per maria i
menſa in ultimam Paraquariam n
tenui alveo defluxiſſe.

CAPUT XI.

Oettingana Virgo per immen maria in Paraquariam venit, ſu que Marianos favores paupercu lis Indis exhibere incipit.

QUæ per tot marium, fluminu
terrarúmque pericula com
individua ſalvum, & incolumem
in Paraquariam deduxit, hæc eade
Miſericordiarum Mater in ſua O
tingana ſtatua, & effigie, rudi li
tiquo S. Michaëlis oppido. Uxores interea Virorum, nec non & Matres, filiorum ſuorum minimè oblitæ, aliquoties intra hebdomadam alimenta ex agris ſuis antiquæ Reductionis attulêre, conceſsâ à me filijs parvulis Matres ſuas reciprocis viſitationibus conſolandi licentiâ, ab uberibus, maternóque ſinu avelli tam teneræ ætati durum eſſe, probè gnarus. Ubi igitur tranſmigrationis tempus advenerat, mulieres omnes, ac puellas in Templum S. Michaëlis convocavi, eas, finito Sacro, in hunc modum allocutus: Filiæ meæ, in Domino dilectæ; Deus, ac Superiores noſtri nos jubent terram, ac cognationem iſtam deſerere, & in longinqua tranſire. migremus ergo, quò Deus nos vocat, Chriſtíque Præcurſor glorioſus præcurrit, nósque invitat, ut ſequamur. non in Palæſtinæ deſertum, Arabiæ ſolitudinem, aut aſperam, ſterilémque, quam S. Joannes Baptiſta incoluit, eremum me vos ducturum exiſtimate,

ſed

ſed in Elyſios campos potius, & ter
ram promiſſionis, lacte, & mell
manantem, vos migraturos ſperate
nunquid enim non chariſſimorun
Virorum veſtrorum felices labores
& fertiles ſudores jam percepiſtis
imò jam de agrorum vobis parator
comediſtis, & ſaturatæ eſtis frugi
bus, meſsémque copioſam collegi
ſtis? Ite igitur, quò vos chari Conju
ges vocant, & maſcula proles, cha
ra pignora exſpectant. Hæc ego, &
ſimilia ad ſexum fæmineum; à quo
pro reſponſo non niſi lachrymas, &
ſingultus retuli, non in ſignum tranſ-
migrationis ægro animò ſuſcipien-
dæ, ſed in tenerrimi affectûs, quem
Paternæ erga ſe curæ, & ſollicitudini
meæ rependebant, ſignificationem.
Verùm mox pias ſtiti, abſtersíque la-
chrymas, dolorémque temperavi,
dum cuilibet Indæ dedi acus duas;
numiſma unum, & quatuor ulnas te-
læ goſſipinæ (veſtitus eſt hic mulie-
rum Paraquarienſium, quæ 4 circi-
ter

er ulnas dictæ telæ velut ſaccum ob-
ongum conſuunt, in ſuperiore par-
e, capite emergentes, ad latus ex-
enſis per duo foramina, in hunc fi-
iem aperta, brachijs) Puellulis verò
ledi duas tunicas, jam conſutas, u-
iam ex goſſipio, alteram ex lana.
)ixi: *tunicas, jam conſutas*; quia ſi
lediſſem nondum factas, & conſu-
as, antequam illas nendo confice-
ent, jam perditum, & peſſum iviſ-
ent; tam incuria, & obtuſi cerebri
ıæc noſtra gens eſt: hinc etiam,
juando parvulos veſtire ſoleo, &
:aligas, & induſium domi meæ con-
ici neceſſe eſt: & quidem indu-
ium res omnino nova eis erat, ſe il-
o induere nullatenus valentes; poſt-
juam autem, eo amicti, ſe calefieri
ionnihil ſenſerunt, modò nihil illo
:harius habent, à me importunis
:lamoribus id expetentes: *Cheru-
ba*, *Cheruba*, Pater, Pater, aiunt;
mee anga Orebe camiſa : da no-
ɔis induſium. *Camiſa*, vox eſt
Iiſpanica; cùm enim Indi nec
rem,

rem, nec Indusium in sua Infidelita
te corpori aptare suo sint soliti, idch
co tam re, quàm nomine, quo vo
carent, hactenus carentes, Hispa
nico appellant. mirabitur hìc curio
sus lector, & non immeritò quæret
quis Patri Antonio tantam, támqu
sufficientem pro omnibus parvulis
& mulieribus telam texuit? Augu
stani textores vix videntur sufficere
cui ego, & quidem in auriculam illuc
Christi Domini insusurro: *videte li-
lia agri &c.* Nam, qui illa vestit, &
pauperculos meos Indos vestit, nem-
pe Pater Cælestis, qui mihi plùs
quàm 12. ulnarum millia telæ gossi-
pinæ pro vestiendis hisce meis Para-
quariensibus in manus dedit, abs-
que lana, pro qua conficienda qua-
tuor millia ovium emi.

Sic igitur novo vestitu, cæteris-
que munusculis donatas, in novam
Coloniam deduxi; in itinere verò ad
garrulum, placidúmque rivulum,
quem transire necesse erat, convi-
vium,

ium, ſeu merendulam inſtruxi, ut
x itinere nonnihil defatigatæ, ali-
uantulum quieſcere, reliquúmque
ntò fortiùs, & alacriùs iter proſe-
ui valerent. Vidiſſes in hoc, quod
lim in exitu Iſraël de Ægypto; Ma-
em nempe, multiplici, dulcíq; onu-
am prole; alteram ad maternum pe-
us; hanc ſupra ſcapulas decuſſatim
ſtantem; tertiam manu ducentem,
l tergori, velut ſarcinam, proles ſuas
nponentem; aliam verò, ollis,
cucurbitis onuſtam, catum,
felem in una, gallinas, colli-
tis pedibus, in altera portan-
m manu; quarum omnium agmen
udebant, velut officioſi Ephæbi,
meſtici longo ordine canes. tota
mirum Indorum hæc ſupellex eſ-
olet; hæ ſolæ illarum divitiæ; hic
lus, & pompa muliebris omnis;
que in novam advenientes Colo-
m Pater Joſephus de Texedes, So-
s meus, & Capellanus, benè ve-
e juſſas excepit perhumaniter, &
nevolè, cuilibet familiæ aſſignata
mo. CA-

CAPUT XXXII.

*Pater Antonius novam Co-
loniam variè perficit, Templu
exornat, furnos exſtruit, tegula
& lateres coquit, quibus Tem-
plum cooperit, ac Patris
Miſſionarij domum.*

UBi tranſmigrationem gentis
tam benè, ſuaviter, ac pacific
factam cognovit R. P. Provincialis
viſum ei fuit, me deinceps tam gra
vi onere, quale erat duorum opp
dorum cura, liberare, útque ſollic
novæ Coloniæ curam in me ſuſcipe
rem; cui protinus obſecutus, manu
operi, & humeros oneri denuo ſup
poſui, à Domo Dei exornanda in
tium ſumens; ac primò omnium Ta
bernaculum, ut vocant, cedrinum
fieri curavi, ad formam illius, quo
memini Landſpergæ in Eccleſia no
ſtra, Novitiatûs mei tempore, à R
P. Wolfgango Leimberer piæ mem
confectum. Quatuor nempe ala
Genij, velut totidem Atlantes, Cæ
lum

m ſuſtentant , quorum capitibus
ornucopia , variorum fructuum
ectu turgida , incumbit. In me-
o , velut in throno Regio , inter
iatuor columnas Corinthiacas vi-
ur parva Statua miraculoſa Virgi-
s Oettinganæ , infra quam eſt Sa-
arium , in quo SS. Corporis Chri-
aſſervatur Sacramentum. Om-
ı ex Cedro , & Concha maritima
Perlmutter) pulcherrimè intertex-
& inaurata, quibus varia Reliquia-
, parváque ſpecula, & uniones
rios , id eſt , lucida vitra , velut
ırygio opere intexui : opus in no-
isReductionibus hactenus non vi-
n , quod omnium , non tantùm
lorum , ſed etiam Patrum Miſſio-
riorum oculos meritò in ſe con-
rtit , ſive artem , & manum ſcul-
oris,ſive ingenium Pictoris ſpectes.
crario , ſeu Tabernaculo confecto,
cellum Templo proximum ædifi-
vi , ad formam ſacræ Capellæ Oet-
ganæ,octogonū, itidem ex Cedro
ulatum ; parietes verò ex lapide
G ſurge-

ſurgebant usque ad Cuppam, in q
feneſtras octo aperui, figuræ ovat
per quas copioſiſſima lux circu
quaque amæniſſimè diſpenſatur; l
brica etiam in his terris prorſus n
va. Poſt Sacellum Confeſſionali,
Cathedræ manum appoſui:
quidem; ut pro Sacro tribun
peccata populi Sacerdos abſolv
huic verò; ut præcepta Divin
& Sacrum Evangelium plebi e
plicentur. Suggeſtum eſt octog
num; in quatuor Conchis quatu
Evangeliſtæ, in alijs quatuor Eccle
Doctores Principales ſpectantur.
parva licet componere magnis, A
guſtanæ Cathedræ in Divi Mauri
Templo opus haud abſimile. Ali
Templi mei opus, præ cœteris ſp
ctatu dignum eſt candelabru
grande, ad clathra Presbyterij, oct
gonum, lampadis locô ſuſpenſur
triginta duobus minoribus candel
bris, uno altero majoribus, diſti
ctum, quæ ſolùm in Feſtivitatib
Primæ Claſſis accenduntur, lucén
q

que ad primas Veſperas, & Officium
decantatum. mirum toti Templo
addit nitorem, majeſtatémque con-
ciliat, nec non devotionem fovet, &
auget: & licèt Oliva non ardeat; vir-
gineam tamen ceram mihi montes,
& ſylvæ nequaquam deeſſe patiun-
tur. Altaria paulatim ex cedro ſunt fa-
bricanda; interea Pictoris manus tria
ornavit: in ſummo ſpectatur oppidi
Patronus, S. Joannes, Chriſtum in
Jordane baptizans; paulò altiùs
cernitur S. Archangelus Michaël,
Oppidi antiqui Tutelaris, pedibus
suis Luciferum in ima Inferni
detrudens; latera inferiora S.
Ignatius, & S. Franciſcus Xaverius;
superiora, duo Principes Apoſtolo-
rum Petrus, & Paulus, coloribus
expreſſi, occupant; Altare collate-
rale ex parte Evangelij, Jeſu, Mariæ,
& Joſepho conſecratum eſt; ex par-
te Epiſtolæ verò Sancto meo Anto-
nio Paduano dicatum. Cœterùm
totum Templum varijs coloribus
depictum eſt: per columnas quidem

uvæ racemi, floribus innexi, vel
hædera, non invenustè subeunt; p
rietibus etiam affixæ spectantur
versorum Sanctorum imagines, n
non quæ horribiles Inferni pœna
ad Indos in Dei timore coërcendo
& à peccatis absterrendos, repr
sentant: & hæc Templi mei interi
facies; nunc tectum sub eamu
Sed unde mihi quis tegulas, & imbr
ces ad cooperiendum? quis furn
ad coquendum lateres, & glebam
Laudetur misericors, & benign
Deus. En Divinam Providentian
ad ipsam Clivi, in quo oppidum co
structum collocavi, radicem, & p
dem, inveni glebam, sive argillan
sanè optimam, tenacem, & glut
nosam, aptissimam ad laterculos co
quendos, quorum etiam intra qua
tuor mensium spatium plusquar
centum millia coxi, quibus & Eccle
siam tegere, & Domum Canonican
meam cum atrio, in quadrum posi
to, cooperire potui. Ad lateres, &
tegulas coquendas, ingentes priù
effo

ffodere ſcrobes neceſſe erat, in qui-
ius dein fornaces tres extruxi, ſin-
;ulas quatuor millium tegularum
oquendarum capaces; & quidem,
t dixi, tres numero, ita ut, dum
i unam tegulæ imponuntur crudæ,
i ſecunda fornace jam ardeant co-
uendæ, & ex tertia jam coctæ ex-
ahantur, ſicque ſine intervallo te-
ulæ multiplicentur. quot milli-
is mihi pro omnibus totius oppidi
omibus tegendis ſit opus, nec ullus
cilè divinaverit, nec ego certum
iturus ſum numerum: attamen,
ivino me adjuvante brachio, &
æ coquentur, & tectis pro ſeptin-
ntis Familijs imponentur. Quæret
c rerum Indicarum ſciendarum
iriofus lector, quo tandem modo,
i inſtrumento P. Antonius tot te-
ilas formet? quis neceſſaria ei pro
odellis conficiendis ſubminiſtret?
ibio huic occurro: quatuor bacil-
s, in tegulæ formam ſibi invicem
hærentes, in planum poſitos, ſuper
ſerem pono. in his deinde Figuli,

 ſeu

ſeu Imbricarij (Ziegler) quorum pl
res, quàm ſexaginta numero, gl
bam, à cornigeris tauris benè pri
calcatam, & ſubactam, prædictis qu
tuor bacillis, ſeu formis imponun
dein in omnem partem, ſive ang
lum benè explanant, mox eam i
farciunt, & brachijs trudunt al
bacillo, ac poſtmodum ex aſſere l
gneo cuneo imponunt; mox cun
um leniter, blandè, & lentè extr
hunt, ac ſolam tegulam humi p
nunt, quæ deinde, aëre ambient
paulatim in umbra exſiccatur. ſi ve
tus aſpirat calidior, rimas agunt,
finduntur, fiúntque inutiles; ſin v
rò frigidior afflet aura, frigore co
ſtringuntur, súntque ſimiliter inh
biles; ſi denique nimium, & nim
præproperè exſiccantur, facilè fra
guntur. magna proinde opus eſt ſ
gacitate, & induſtria: verùm hc
Europæis Imbricarijs diſquirendu
relinquo. ſed non tegulas ſolùı
pro tecto, verùm etiam lateres pa
vimentarios pro ſternendo pavime

o conficere necesse fuit, quos tam
eliciter sum assecutus, ut neque in
uropa meliùs formatos me vidisse
neminerim. hexagoni sunt omnes,
ed magna inter se varietate distin-
ti. series una uvarum racemos,
ltera cerasorum, hæc pirorum, il-
a pomorum Granatensium, seu
nalorum Granatorum ad vivum re-
ert formam, ita, ut pavimentum,
Autumni fructibus, verísque pictum
loribus potiùs, quàm informi glebæ
rusto stratum videatur, quod lapi-
trator Europæus (der Pflästerer)
itique mirabundus laudaret: neque
hoc difficile cuipiam videri debet;
ùm enim limus, velut cera flexi-
is, omnes facilè in se recipiat for-
nas, si tulipam ei imprimas, tulipam
eferet; si rosam infigas, rosam habe-
is; aureum pomum desideras, au-
eum pomum obediens tibi gleba fi-
eliter expressum dabit: & hoc ge-
us laterculorum non solùm Patrum
Missionariorum domibus, verùm
nultò magis Ecclesiæ miram confert

G 4 amæ-

amænitatem; cùm quis non imm
ritò existimare queat, ipsam Flora
Chloridémque vernantes calath
suos evacuâsse, humíque Veris op
neglectim hinc inde sparsisse; a
certè Pomonam divitis Autum
sui fructus liberaliter quaquaversu
effudisse. Et hæc de Templo me
breviter dicta sufficiant. jam ad s
cram supellectilem, vestésque Sace
dotales obvertamus obtutum.

CAPUT XXXIII.

Quomodo P. Antonius Sacrai Templi Supellectilem auxerit?

TEmplum ingressus, cùm Sacri
stiam quoque introieris, videbi
sex Parvulos segmentarios, seu limbo
larios (Spitzmacher) qui varios den
ticulos patagios conficiunt, & Alba
Sacerdotales. præter alias sex Albas
quas ex oppido antiquo mecum at-
tuli, adhuc tres fieri permisi, quasi
ex

: integro denticulis patagiis reti-
ılatas, ita, ut non fimbriæ tantùm,
d à cingulo ad terram usque Flan-
·icis velut denticulis (Niederländ-
sche Spitz) confectæ sint. Mira-
:tur certè Netrix Europæa Juve-
:m Indum meum, rustica manu
ı, nodosísque digitis ejusmodi
:nticulos patagios tam dextrè imi-
ntem, ut Flandricos ab istis nequa-
ıam discerneret, imò opus Indicum
se Europæũ, erroneo licèt judicio,
:rtinaciter affirmaret. res sanè dig-
ı stupore, & admiratione: & ego
se capere non possum rudissimi a-
is Indi sagacitatem, qui sine magi-
:o tam artificiosè nihilominus fila
ıcere, & reticulatim reducere no-
t, ut videre solùm necesse habeat,
si viderit, infallibiliter confectum
abebit, quod vidit, opus: pari quo-
ue arte elaborata sunt Superpelli-
:a, quibus Acolythi, non modò in
Iissis, sed & in Vesperis solemniori-
us induti comparent: Casulas item,
: Antipendia (Hispanus Frontales

 vocat)

vocat) pro colorum, Festorúmqu varietate confeci, segmentis latic ribus, seu suris (Borten) ex filo au reo, argenteóque fulgida: Balda chinum item, varijs floribus oper Phrygio depictum, quod ad proce siones Venerabili Sacramento depor tando servit. præterea ad sepelien dos parvulos, quos præmatura mor Cœlo infert, Tornearij manus fer trum his diebus absolvit, radijs bux similibus pulchra serie insertis, glo bísque tornatilibus supra Galeriam ut vocant, positis: innocentis cada veris bajuli sunt sex itidem innocen tes parvuli, quibus togulas nova fieri curavi, varijs floribus acu picti denticulísque patagijs discriminata: quando major est Indorum concur sus, defunctum parvulum efferun sex Genij, seu Angeli alati, flores & candelas in manibus gestan tes: pari candore nitet culcitra in quo felix funus recumbit, ne non candidus pannus, qui il lud cooperit; interim, dum ad Ec

clesiam portatur, pro mortuali lesso Jo pæan cantantibus Musicis, ac Juvenes, & Virgines ad Deo laudes concinendas invitantibus. O quot ejusmodi parvulos, mea manu sacrâ priùs lymphâ tinctos, Cœlo submisi, inter sidereos Genios Colonias ducturos, hac mea terrestri longè feliciores! sed ad alia vertamus calamum.

CAPUT XXXIV.

Saltus ad celebrandas Festivitates adhibentur, quibus Indi mirum in modum delectantur.

PEr totam Hispaniam hic mos viget, ut in solemnioribus Festis, etiam in Templo, saltus fiant, præsertim in solemnitate Corporis Christi, quando in ipsa Processione Regium Psaltem, ante Arcam Domini saltantem, imitantur Hispani. ejusmodi proinde Salios & ego constitui

octo, aliquando etiam duodecim imò interdum plures: hi ubi Celebrans Sacristia egreditur, bini & bini illum antecedunt, candelas accensas in manibus gestantes; inter quos duo continuò aromata accendunt, fumo odorifero per Templum ubique se se diffundente; alij flores per viam Sacerdoti substernunt, qui, dum populum lustrali aqua aspersit, introitúmque auspicatur, illi interea, velut Ephebi Regij, in Presbyterio subsistunt. ubi deinde Concionator suggestum ascendit, descendítque, hi denuo, accensis candelis, pulchro eum ordine bini & bini comitantur. Finito solemni Officio ante fores sub Templi porticu, assidentibus ex utraque parte, velut in Amphitheatro, Principalioribus Indis, seu Caziquis, choreas ducunt, saltúsque instituunt; modò Pyrrhichen (Schwerdtantz) modò saltum orbicularem (Raifftantz) aut decursionem Trojanam pedestrem, vel equestrem, dum equis parvulis, ex corio cõfectis in-

insidere videntur, reipsa tamen pedibus umbratiles hi equites incedunt, ephippio dextrè sibi aptato. Julium Cæsarem aliquem, vel Alexandrum Magnum superbo suo Bucephalo insidere autumares. Omnium oculos in se convertunt gratiosi hi Salij, maximè ubi pedibus illorum nolulas, seu parvula tintinnabula affigo; dum enim saliunt parvuli, hæ ridiculæ sanè nolulæ, seu tintinnabula, inter se agitata, concrepant, consonántque, vel potiùs dissonant; Indorum nihilominus grata sunt auribus, adeò, ut nihil illis gratius esse videatur, quàm Salius, ejusmodi tintinnabulis, nolulisque instructus, vel etiam in manibus gestans lignea quædam crepitacula. Nolulas, seu parvula tintinnabula pro Salijs sic efformo. usu diuturno detritam, lacerámque cupream ollam frustatim concido, in magnitudinem ferè nucis avellanæ; mox in formam ejusmodi tintinnabuli frustillum cupreum redigo, & apertis dein

duobus foraminibus globulum plumbeum intrudo, & intromitto quod denique argenti pulvere, & pice græca conglutino; & ecce! sonans cupreum tintinnabulum prodit, quod Indus *agvai*, Hispanu *Cascavelar*, Germanus Rollen nominat. Præter ea, quæ dicta sunt conatus sum quoque pium in Indorum meorum animis affectum accendere, instructâ scenâ, agrestibus accommodatâ. In oppido S. Ignatij, in scenam produxi Exordia Vitæ S. Parentis nostri, adeò feliciter, ut licèt octo circiter dies duntaxat instruendis Actoribus meis impenderim, illi tamen tam dextrè suis perfuncti sint Personis, ut Europæos diceres Actores, non Indos incultos, barbaros; nam in omnium animis stuporem, & admirationem, ex oculis verò tenerrimas excitârunt lachrymas. Loquebantur non Hispanico, multò minùs Latino, sed Indico Paraquariensi sermone, inserto quandoque versu, admixtis, ut vo-

can

cant, intermedijs. ſed neque Prologo ſuo, & Muſica caruit Actio, præſertim ubi Beatus Ignatius in Monte Serrato arma ſua ſuſpendit, Beatiſſima eidem apparente Virgine, cantante, & animante ad futura prælia tyronem militem &c. quæ omnia hactenus nova, & inaudita ipſis erant; neque ſibi imaginari poterant, barbaram ſuam, incultam, ac ad diſcendum difficilem linguam aptam eſſe ad ejusmodi Sanctorum Hiſtorias in ſcenam producendas, longè minùs ad Muſicæ modulos exprimendos idoneam futuram. ſed de his ſatis; nunc denuò ad Coloniæ novæ ſtatum conſiderandum veniamus.

(§)

CAPUT

CAPUT XXXV.

Felix novæ Coloniæ ſtatus, & Indorum ad quævis opera Mechanica rarum Ingenium, ſtupendúmque ad Muſicam talentum.

AD optimum ſanè ſtatum, formam, & conditionem perduxeram Coloniam meam; Leges Civiles ſtatui, Magiſtratum conſtitui, Conſulem præpoſui, Quæſtorem nominavi, Judices, qui Juſtitiæ faſces portarent, præfeci. ſed & militiæ Regiminis curam geſſi contra ſubitaneas Braſilorum invaſiones, & irruptiones, belli Duces ordinando, Capitaneos, Colonellos, Vexilliferos, Tribunos, Protribunos, Legatos, ſeu Vicarios, vulgò Locumtenentes, Quæſtores, Commiſſarios, Centuriones, & quæ ſunt alia, in bello neceſſaria officia, Indis meis diſtribui. mox ad mechanica officia partienda, utpote in quavis Republica ſummè neceſ-

necessaria, meam industriam, & curam applicui; nam quis est, qui ignoret, quàm necessarij sint in qualibet urbe Architecti, Fabri ferrarij, Lignarij, Textores, Lanarij, Coriarij, Figuli, &c. & hos jam Paraquaria nostra habet, imò & mea Colonia. Quis est, qui ex urbe suaPictores exulare velit? quis Musicos non amet? quis Typographos non æstimet? & hos America nostra jam habet, amat, & æstimat: hoc ipso namque anno P. Joann. Bapt. Neuman, ex Provincia Boëmiæ, Martyrologium Romanum, quo hucusque plurimæ Reductiones carebant, typis impressum, luci publicæ exposuit; & licèt impressioni Europææ inæquales sint litteræ, sunt tamen legibiles, ita, ut parvulus meus Indus quotidie ad mensam expeditissimè decurrat. Etiam Organa conficiunt Indi, ut ab initio retuli; Tubas, seu Clarinos, Citharas, Clavicordia, Psalteria, Fagottum, Tibias, Fistulas, Tiorbas, Cornettos in varijs oppidis nostris

ego

ego fieri curavi; & pro Tibijs qui-
dem, ac Fagottis conficiendis ho
menſe varias terebras ex ferro con
fici juſſi; imò quatuor primas,ſeu ſu
premas Tibias pro cantu, unam pro
Alto, & Tenore, ac denique Fagot
tum, quem Hiſpanus *Baionem* vo
cat, tam feliciter Indus meus tere
bravit, ut ab Europæis hæc inſtru
menta Muſica neutiquam dignoſce
res, ſeu inter ſeſe diſtingueres. Præ-
terea ad Eccleſiæ decorem argenteo
rum urceolorum tria paria fieri per
miſi, quæ perfecta tam peritè elabo
ravit ſcalpro Indus, ut uvas, ſpicas
variósque flores in mortuo mineral
vivere crederes. & quis parvulos me-
os Paraquarios docuit patagios den-
ticulos texere? quis Corporalia, An-
tipendia, Caſulas, & reliqua omnia
ad cultum Divinum pertinentia, acu
Phrygia, Babiloniáque pingere? quis
Romana illa Reliquiaria ex cornu
tornare? quis Statuas, Altaria, Ca-
thedras elaborare, & alia opere ad-
mirabili, & labore incredibili perfi-
cere

ere? dicam: Gratia adjuvante Divi-
ia, omnia iſta, & plura alia P. Anto-
iius, Indos ſuos docuit, & longè
lura adhuc alia docebit, quamdiu
niſericors Deus ei vitam ulteriorem
rolongaverit. nihil dicam jam de
apetibus illis, quos mulieres novæ
Coloniæ mihi nuper ex lana ela-
orârunt, turcicis tapetibus haud
bſimiles; quippe tam eleganter co-
ores inter ſe miſcuerant, ut albus
um nigro, niger cum viridi, viridis
um flavo, & cæruleo, hic cum pur-
ureo ſtrenuè decertaret, uter alte-
um in elegantia, vivacitate, & pul-
hritudine ſuperaret. omnes quod-
dam mare, varijs pictum undis, &
ſtriatum repræſentant, oculis ſanè
mirum delicium. eodem modo pan-
nos ſtriatos fieri curavi pro diebus
Dominicis, & Feſtivis ad clathra
Communicantium ſuſpendendos.
Non memoro aliorum Patrum
Miſſionariorum Ingenium, quo plu-
rima ſimilia indefeſsâ excogitârunt
induſtriâ. Unus Campanas ex ære; al-
ter

ter patinas ex ſtanno fundere ; h
ſalem nitri, hic nitratum pulvere
præparare docuit eſt;&,quod merit
mirandum, vidi horologia ab Ind
confecta, quæ & ſono produnt, & i
dice oſtendunt horas ſingulas : ſpha
ras item,ſeu Cylindros ſolares Aſtr
nomicos, quibus ipſos etiam gradu
& minuta tam dextrè Indi ſcalprur
incidit, ut, velut ovum ab ovo no
facilè diſtinguitur, ita haud facil
dixeris, quodnam horologium ſi
Europæum, & quodnam Paraqua
rienſe. Quæret hîc, & quidem no
immeritò curioſus harum ferè ſib
incredibilium rerum Europæus le
ctor, quis ſtolidos, ſtupidóſque ho
Indos omnia hæc docuit? Reſpon-
deo; verè ſtupidos, & ſtolidos, imò
ſtolidiſſimos eſſe hos noſtros Indos
ad omnia Spiritualia, quæ intelle-
ctum concernunt, & oculorum a-
cie non penetrantur: verùm in Me-
chanicis toti ſunt lyncei; & ſi quæ
oculis conſpexêre ſemel, jam certo
certiùs tibi facta non tam promitte,

quàm

uàm reipſa firmiſſimè crede: ne-
ue indigent Magiſtro, vel directo-
e, qui eis regulas proportionis præ-
ribat, & explicet, aut pedem Geo-
etricum doceat: ectipon ſi de-
eris, habebis prototypon, quod
ec in Europæo qualicunque repe-
ies. Placet exemplum in re obvia
dducere. quidſi, quæſo, in Europa
bvium aliquem ita alloquereris:
ja Sodes, fac mihi calceum. an, ſi
on ſit opificio Sutor, calceum confi-
et? Interrogationem reſponſio in-
gnantis animi ſequetur, tibíque o-
ùs indignabundus reponet: tu fa-
to, quod me facere jubes; non ſum
o, quem tu me eſſe arbitraris, de
nte, vel tribu ſutoria. in hac, vel
a platea reperies, qui calceos tibi
tet, & formet. non ita certè Pa-
quarius Coloniæ meæ, qualiscun-
e demum. des calceum in Eu-
pa factum Indo, & quidem Muſi-
, qui tota vita ſua ne vidit qui-
m, vel à longè, formam, aut fi-
ram calcei (Indi enim nudipedes
ſunt)

ſunt) dicásque, ut ad ejus forma
tibi calceos conficiat; hîc tibi ſci
det corium, aptabítque indubitan
ter, ita, ut non diſcernas, tuúsn
an alter ſit calceus Indicus. & quo
magis mirandum, penéque fide
excedit, unus, idémque Indus ti
faciet omnia. Eſt in oppido me
S. Michaëlis Ignatius Paica nomin
Muſicus inſignis; hic ſimul inflat Co
nettum, & conficit ipſum inſtr
mentum; inflat Clarinum, ſeu Tron
bam militarem, & conficit. eſt pra
terea hic Muſicus faber ferrariu
dexterrimus, faber quoque ærariu
qui è ductili cupro cudit, læviga
æramenta, facit pelves, fundit leb
tes, ahena, & caldaria. hic idem Mu
cus mihi fecit, formavítque mult
tinnabula crepitantia pro Sali
meis. idem ipſe Muſicus Ignatius Pa
ica ſcalpro incidere, Sphæras Aſtro
nomicas conficere, ſclopos fun
dere novit, quod ultimum quan
ta ſit æſtimatione dignum facil
conjiciet, quisquis Bellonæ, a

Gra

Gradivo infelix paret, quámque necessarium sit pro sui defensione, vim vi repulsuro, instrumentum militare; ex defectu enim sclopetorum Brasiles plusquam centum animarum millia ex nostris Reductionibus secum captiva priori sæculo abduxisse ferunt. hæc omnia, ut dixi, & plura alia meus Ignatius Paica Musicus elaborare, & conficere novit. non sic certè Europæi; nullus enim in alienum facilè involabit opificium, quod scit vetitum, & mulctâ dignum pecuniariâ; ut meritò hîc locum habere videatur illud: *sutor ne ultra crepidam.* & ideo, qui faber est ferrarius, non idcirco est lignarius, & contrà; non enim in alienam messem immittere falcem ulli concessum: sutoris est calceum, non autem Apellis penicillum metiri. non sic sæpius memoratus Ignatius, Musicus meus, qui manè ab Officio in Templo [illegible] ettum nfl[illegible], post Officium, [illegible] to [illegible] ran [illegible] o n ferraria officina [illegible]

ici ru n,

ferrum,& chalybem mihi excoqu
aliâque centena,formâ,materiâ,fig
ráque diversissima producit,& effo
mat, arte mirabili, mirabilis ipse,
artificiosus Protheus. Verùm non h
solus Apollo est in tripode; rep
ries enim in quolibet ferè oppic
huic similem in qualibet arte m
chanica magistrum, simul & Mu
cum. In Reductione, seu oppic
S. Thomæ est quidam Gabriel Qu
ri, Musicus egregius, & simul Aur
faber. Hic calices elegantissim
efformat, quorum in uno aliquoti
Sancrosancta confeci Sacrament
ad Aram celebrans. Lampad
prægrandes argenteas, mirabi
planè opere, & cælatura forma
hic ipse fundit campanas; ma
jorem Sancto Michaëli Archar
gelo dicatam, inque mea turr
suspensam, quadraginta facilè cen
tenariorum pondere gravem, ips
fudit: horologium Astronomicum
vidi ab hoc ipso confectum, Euro
pæum arbitratus. Organa itiden
noı

on solùm componit, & restaurat
ntiqua, sed & nova excogitat, opere
erfecto; rarum certè, & admira-
one dignum ingenium, non solùm
n India, verùm multo magis in Eu-
opa æstimandum. Sunt præterea Pa-
aquarij isti aptissimi ad Musicam, ita,
t quodlibet instrumenti genus bre-
i temporis spatio felicissimè addi-
cant, dexterriméque tangant. vix in-
igent Magistro; solummodo des eis
artem, quam ludant, & ipsi paulatim
ssequentur difficillimos passus, sal-
úsque. Est in nova mea S. Joannis
aptistæ Colonia puer duodecim an-
orum, qui difficillimas quasdam
Sonatas, Alemandas, Sarabandas,
Correntas, Balletos, & id genus alia,
Dominis Musicis, potissimùm verò
nstrumentistis, ac Chelystis nota no-
nina, modulis expressa musicis, ce-
eberrimorum, quos Europa vidit,
Magistrorum, D. Henrici Schmel-
zer, D. Henrici Francisci Ignatij
de Bibern, & D. Teubner composi-
iones, inoffensò decurrat digito,
H sed

ſed & præambula, quæ etiam cuil bet Organædo, licèt præſtanti, f cilè ſudorem in vultu exprimun hic ipſe Puer in Cithara ſua Dav dica (Harpfen) tangit ridendo, garrula ſuaviſſimè deproperat fila ut dubites, num ſiniſtra dextran an verò dextra ſiniſtram celer tate antevolet. novum hoc genu Citharæ, ſeu Harpæ à me in his ter ris primò inventum, duos ordine fidium habet, quibus non ſolùn quoscunque tonos, ſed etiam ſemi tonos ſtyli cromatici exprimere po teris, ita, ut inſtar Organi ſuas cla ves albas, & nigras habeat, ad quem cunque cantum, ſive durum, ſiv mollem, prout libuerit, exprimen dum. Hæc dicta ſufficiant de novo Coloniæ meæ ſtatu, & rara Indorum capacitate, quam Auctor Naturæ tam liberaliter eis indulſit, ut, qui ad Metaphyſica, & Speculativa eos penitus ineptos eſſe voluit, ſaltem ad mechanica, & practica, præſer- tim ad Muſicam addiſcendam ido-

neos,

ıeos, & ad ſtuporem usque dociles
eddderet,& vel ſic per auditum eis Fi-
les Catholica, résque Divinæ intra-
rent, qui aliàs tam materiales non
capere videntur, quæ ſunt Spiritûs.
Notet hic Europæus lector, quæ de
hiſce pauperculis Paraquarienſibus
ſubjungo. Primi noſtri Patres Miſ-
ſionarij, videntes tam modicam, &
quaſi nullam ad Spiritualia horum
Indorum capacitatem, dubitare cæ-
perunt, an rationis eſſent capaces,
adeóque etiam Sacramentorum:
idcirco dubium ſuum, plurimis ra-
tionibus fundatum, remiſerant ad
Concilium Limenſe, quod tandem
definivit, rationibus hinc inde, pro
& contra militantibus, bene diſcuſſis,
idoneos eſſe, adeóque eis admini-
ſtranda eſſe Sacramenta, tanquam
rationis capacibus. Et cùm de in-
clinatione, & affectu eorum ad Mu-
ſicam paulò antè dixerim, videntes
primi Patres, quòd harmoniaco con-
centu barbarus iſte Populus cape-
retur, plurimúmque per hunc
quaſi

quaſi faſcinaretur, cenſuerunt, illo
rum genio nonnihil condeſcendend
eſſe, hócque ipſum medium arripien
dum, ut ad Eccleſiæ gremium feli
ciùs, & faciliùs adducerentur, & in
eodem deinceps ſuaviter contine
rentur. conſuetudinem igitur intro-
duxerunt, ut non ſolùm Feſtis, &
Dominicis, ſed ſingulis etiam feria-
tis diebus, tempore Miſſæ, Divinas
laudes Muſici decantarent; aut cer-
tè inſtrumenta quæpiam muſica tan-
gerent, quibus rudis, & ſtolida hæc
gens, velut lapides immobiles, &
dura ſaxa, à totidem Orpheis ad
Eccleſiam attraheretur, ut ad cæ-
leſtem aliquando melodiam, inter
Angelos audiendam, materiales eo-
rum animi Sacrificij tempore erige-
rentur. hic laudabilis mos, ſemel in-
troductus, in hanc usque diem per-
durat: ac proinde Organa nunc re-
ſonant, nunc Citharæ; modò Tior-
ba, & Teſtudo cum Quitarra aures
mulcent; nunc Clarini, Litui, &
Tympana concrepant. Hæc itaque
bre-

breviter dicta ſufficiant de pauculis laboribus meis, quos ab anno 1693. usque ad annum 1701. in hac meſſe, ſeu Vinea Paraquarienſi impendi, pluribus Germanico Idiomate perſcripturus, ut in plurium id utilitatem, & ſpirituale ſolatium cedat; ſiquidem hæc omnia rudi quidem ſtylo, calamóque, affectu tamen Germano, id eſt, ſincero in Europam à me idcirco perſcripta ſunt, ut jugem mei, meorúmque Indorum (unicus enim hujus ſcriptæ narrationis hic ſcopus, finísque fuit) in ſuis orationibus, bonísque operibus, nec non SS. Miſſæ Sacrificijs habeant memoriam, ut ſuum gregem hunc Paraquarienſem Paſtor æternus non deſerat; ſed per Beatos Apoſtolos ſuos (ut canit Eccleſia in Præfatione de Sanctis Apoſtolis) continua protectione cuſtodiat &c. in Chriſtiana Fide augeat, atque multiplicet, ut lupum Inferni rapacem non timens puſillus grex iſte, poſt hujus mundi deſertum in longè feliciſſima, & pinguiſ-

ſima

ſima æternæ felicitatis paſcua dedu-
ctus, unà mecum indigno paſtorcu-
lo ſuo, inter hos Indos Paſtoris Bon
Chriſti vices agente, paſcua inve-
niat; útque in montibus excelſis
Iſraël ſint paſcua noſtra, ibíque re-
quieſcamus in herbis virentibus, &
in paſcuis pinguibus paſcamur ſuper
montes. Ezech. 34. in montibus
nempe æternis, in montibus ſanctis,
ubi perpetua quies, pax, & ſecuritas,
Deo autem uni, & Trino, ter Opt.
Max. Honor, & Gloria in
ſæculorum ſæcula.
Amen.

FINIS.

